erunt. sic e. qui sibi thesaurizat & non est in dm diues.
Dixitq; ad discipulos suos ideo dico uobis. Nolite sollicitu
esse animae quid manducetis neque corpori quid ues
tiamini; Anima plus e. quam esca & corpus quam uesti
mentum; Considerate coruos quia non seminant neq;
metunt. quibus non est cellarium neque horreum & ds
pascit illos; quanto magis uos pluris estis illis. quis
autem urm cogitando potest adicere ad staturam suam
cubitum unum. si ergo neq; quod minimu est potestis
quid de ceteris solliciti estis. Considerate lilia quomodo
crescunt non laborant non nent; dico autem uobis
nec salomon in omni gloria sua uestiebatur sicut unu
ex istis. si autem foenum quod hodie in agro est & cras
in clibanum mittitur ds sic uestit; quanto magis uos
pusillae fidei. & uos nolite quaerere quid manducetis
aut quid bibatis & nolite in sublime tolli. haec enim
omnia gentes mundi quaerunt; pater autem ur scit
quo his indigetis; Verumtamen quaerite regnum di
& haec omnia adicientur uobis; Nolite timere pus
sillus grex quia complacuit patri uestro dare uobis
regnum. Vendite quae possidetis & date elymosina.
Facite uobis sacculos qui non ueterescunt. thesaurum
non deficientem in caelis. quo fur non appropiat. neq;
tinea corrumpit. ubi enim thesaurus uester est ibi &
cor urm erit. Sint lumbi uestri pcincti & lucernae
ardentes. & uos similes hominibus exspectantibus dominu
suum quando reuertatur a nuptiis. ut cum uenerit
& pulsauerit confestim aperiant ei.
Beati serui illi quos cum uenerit dominus inuenerit
uigilantes. Amen dico uobis quod praecinget se & faci